

B. C. D.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA,

DE

UTILITATE

ET

NECESSITATE

METAPHYSICÆ,

CUJUS

PARTEM PRIOREM,

*Divina adspirante gratia*

ET

*Consentiente Ampliff. Facult. Philosoph.*

*in Reg. Acad. Aboënsi,*

Sub PRÆSIDIO

*MAXIME REVER. atque AMPLISSIMI VIRI,*

DN. MAG. CAROLI

MESTERTON,

Log. & Metaph. PROFESS. Reg. & Ord.

*Publico bonorum examini submittit*

SVEN M. ALGEER,

SMOLANDUS.

In Audit. Acad. Majori S. D. V. Die XXVIII. Mart. MDCCLII.

*Horis ante meridiem solitis.*

---

ABOÆ, impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.  
Finland. JACOB. MERCKELL.

*VIRO Admodum Reverendo atque Praclarissimo,*  
**Dn. Mag. ANDREÆ ROGBERG,**  
Ecclesiae, quæ in Åsheda colligitur PASTORI Vigilantissimo,  
Sincero animi adfectu jugiter Venerando,

*VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,*  
**Dn. Mag. JOHANNI ROGBERG,**  
Regii Gymnasii, quod Wexioniae floret ADJUNCTO Dexterrimo, ut olim PRÆCEPTORI Fidelissimo;  
Ita nunc PROMOTORI Benignissimo,  
Quovis observantiæ cultu suspiciendo.

*Plurimum Reverendo & Doctissimo VIRO,*  
**Dn. CAROLO AGERTHIN,**  
COMMUNISTRO in Åsheda, Meritissimo,  
FAUTORI & BENEFACTORI singulari,  
Multis nominibus semper venerando.

**O**Mnes ferme scientias a quibusdam gentibus nullo non tempore dispari modo excultas, & magni estimatas; contra vero ab aliis quasi extinctas, vel saltem depravatas & despectui habitas esse, nemo, qui, vel a limine disciplinas salutaverit, dubitat: id quod etiam de Scientia Metaphysica, quæ usque a tempore Aristotelis sinisteris obnoxia fuit judiciis, nec adhuc a calumniis omnino libera esse videtur. Quapropter mihi forsitan audacia verti posset, qui tam mutilis verbis conari ausus  
sim,

*sim, aliquid de Necesitate Metaphysices, ejusque Utilitate, quam omnibus reliquis illa adfert scientiis, ostendere. Hoc in caussa fuit, cur diu dubius hesi an tale meum conamen sine opprobrio notum facere, & magis, an opusculum hoc levidense Nominibus Vestris adscribere auderem. Cum autem nonnulla tantummodo illorum beneficiorum, quæ, sicut a teneris annis ad hunc usque diem in me collata sunt; ita & innumera, perpenderem, animum meum faciebat audaculum benevolentia Vestra, quæ in illo tam altis egit radices, ut eidem eradicande nullum par sit tempus. Optatus itaque mihi elucescit dies, quo occasio gratissimi & venerabundi erga Vos animi munusculo hocce publice declarandi, sese obtulit; quod tamen, ut palam fatear, ne vel unico præstitorum beneficiorum, neque voto meo respondet. Sed cum nullum majus & melius specimen gratæ mentis edere valeam, spero & humillimus oro, ut Vos, tanquam æquissimi Censores hoc serena fronte excipiat, meque in posterum benigno affectu amplecti haud dedignemini, quo afflictæ meæ fortuna asylum quoddam inveniat. Pro perenni Vestra incolumitate vota ad Supremum Numen fundere calidissima nunquam intermittam. Summa animi veneratione ad cineres usque permanens*

**Admodum atque Plurimum Reverendorum  
Nominum VESTRORUM,**

*cultor humillimus, observantissimus*  
**SVEN ALGÉER.**

Dem Großachtbaren Kauffman,  
In der berühmten See, und Handels-Stadt ÅBO,

Herrn **JACOB BREMER,**

Seinem Hochgeachteten Sønner.

**W**ich verpflichten viele Ursachen, Ew. Großachtbaren diesen meinen ersten Academischen Entwurff des **Nuzes** und der **Nothwändigkeit** / der *Metaphysique* in übrigen Wissenschaften zu zueignen; insonderheit erfordert solches, die Beantwortung meiner schuldigen, die mit aufrichtigem Ausdruck meiner estimate, gegen Ew. Großachtbaren Person immer begleitet und verknüpffet ist. Nun weil sich viele Leute finden, deren einige so viel von der *Metaphysique* machen, daß sie darbey eine Bigotterie zu begehen scheinen; andere wiederum so gestaltet sind, daß sie auch das ganze *Metaphysische* Studium als dem Menschlichem Geschlechte sehr verderblich auszuschreyen kein bedencken tragen; also da ich in jehiger Abhandlung dessen wahren Nuzen und desselben vernünftigen Gebrauch darzuthun mir vorgenommen habe; so hoffe zu gleicher Zeit Ew. Großachtbaren belieben dieses mein unternehmen gütigst zu billigen. Eine gründliche Erkänntnis der Wissenschaften wird in der *Metaphysique* als in ihrem ersten Stofft eingehalten; und die allgemeine Begriffe der Dinge, die im gemeinem leben oder sonsten nur unausführlich und undeutlich uns vorkommen, werden ebenfals in derselben aus den richtigen Gründen am deutlichsten erkläret. Dieses ist die Bewandnis meines Vorhabens; auffer diesem aber sind Ew. Großachtbaren mir erzeigte große Güte und Wohlthaten die kräftigste Bewegungs-Gründe geworden, warum ich zu bezeugung meines danckbahren Gemüths habe Ew. Großachtbaren dieses Werck dediciren, und um fernerhin in Ew. Großachtbaren geneigtes andencken empfohlen zu seyn, Ew. Großachtbaren und derselben lieben Anhörigen alles erspriessliches Leibes und Seelen Heil, samt prosperité anwünschen wollen. Verbleibe mit meiner Hochachtung

Wohlvörderter Sønner,

Dero

ergebenster Diener,  
SVEN ALGÉER.

## I. N. 7.

## §. I.

**N**Ullum omnino scientiarum genus est, cujus prima principia ex *philosophia* primæ fontibus non sunt petenda. Interim tamen, si aliqua *philosophiæ* pars laceretur, *Metaphysica* sane erit, a plerisque stultitia, Doctorumque umbraticorum quisquilæ dicta. A *Metaphysica* commendari inquit II. PUFFENDORFFIUS (a) valde pedanticam laudem esse, & cum eloquentiæ tam in ecclesia, quam republica maximus sit splendor, exquisitissimam *Metaphysicæ* scientiam nihil esse, nisi umbram & pulverem. Tenebrarum Reginam pessimam appellavit CHRISTIANUS THOMASIVS *Metaphysicam* (b). Atque id genus alii perplurimi *Metaphysico Mastiges* contra *Metaphysicam* quam argutissime declamarunt. Insignem laudem ingenii adquisivisse sibi perflatum habebant, qui in jocum ludibriumque vertere eandem, licet per læpe inepte satis poterant.

A

Quid

(a) In comment. super inventusto veneris Lipsiæ pullo.

(b) In Ausübung der Logic.

Quid quaeso, *Metaphysica nostra abjectius, vilius inanius visum est multis non infimi subsellii viris*, inquit Cel. GOTTSCHEDIUS (c), adeo ut in proverbium abierit quisquilias *Metaphysicas esse, quicquid ab usu vita remotum videretur, quicquid a sensibus quodam modo alienum, quicquid tandem abstractius paulo esset illo cognitionis genere quod vulgus eruditorum sequi solevit. Umbraticas vero nugae tota agitare credita est scientia nostra, eaque propter digna multis habita, qua, ex eruditionis circulo proscriberetur penitus, nunquam in academias nostras reducenda. Sed notum est, quod iudicium ex insufficiente causae cognitione profectum causae bonitatem atque iustitiam non tollat: ergo nec modo allegata iudicia Metaphysicae obesse, vel infamiam conciliare possunt, utpote contra illam non satis auditam lata. Unde quando decreta illa ab adversariis nimis morose urgentur, potest Metaphysica pro tuenda innocentia tua a iudicibus male informatis ad iudices melius informandos provocare.*

## §. II.

**S**I placeret in causas inquirere, propter quas, tam abjecte de Metaphysica iudicant, tantoque in illam odio feruntur permulti, intelligeremus, plurimos imprimis ex hac causa in hanc adduci sententiam

(c) In Oratione pro utilitate & necessitate Metaphysicae in contemptores ejus p. 7.

tiam & ad hoc inflammari odium, quia præcepta Metaphysicorum non satis sibi cognita atque perspecta habent. Hoc assertum exemplo suo satis superque comprobat Polyhistor REIMMANNUS (d). Primum offendit Cel. Virum, quod Metaphysica docet, dari *ens*, quod sua latitudine ipsum *Ens* infinitum sub se comprehendit, item dari aliquid Deo *prius* & *latius*. Dari aliquid Deo *latius* sanæ rationi nec repugnat nec a veritate alienum est. Cur quæso intellectus noster conceptus Deo rebusque creatis communes fabricare nequit? universalia enim semper priora sunt potentiæ nostræ cognoscitivæ singularibus. Prius intelligimus, quid *Sacramentum* sit, ac *Cœnam* & *Baptismum* tale vocamus. Prius datur aliquod Deo non temporis sed rationis nostræ prioritate. Mirandum sane genuinum horum terminorum, harumque locutionum sensum ita Polyhistori REIMMANNO ignorari, ut in illis principia ad atheismum ducentia invenire sibi persuadeat. Deinde, *was das leidige interesse thun könne, ist auch bekant*, inquit Cel. SMEITZEL (e). *Mancher schilt und schändet auf diese und jene Wissenschaft, aus keiner anderen Ursache, als, dass diejenigen sehr nützlich und nöthig mögen gehalten werden, davon*

A 2

er

(d) Vide ejusdem Hist. lit. antediluvianam p. 61.

(e) Vide ejusdem Versuch zu einer Historie der Gelehrthet p. 490.

er Profession machet. So lehret auch die Erfahrung, dass ihrer viele die existimation dieser und jener Wissenschaft nach dem Brodkorb abzumessen pflegen, was denselben fein geschwind zu füllen scheint, muss nöthig und nützlich heissen. Was auch die *prejudicia* thun können, die uns von unsern *Preceptoribus* in Kopf gesetzt werden, ist auch bekant genug.

### §. III.

**S**cholasticos Metaphysicam in barbararum vocum, atque ineptissimarum, de *Ente*, *Deo* & *Spiritibus* quæstiuncularum & opinionum lexicon aliquod convertisse ambabus largimur. Quo pertinent innumera eademque satis luculenta istiusmodi ineptiarum specimina ex. gr. *passionabilitates*, *homonœitates*, *aptitudinabilitates*, *nucceitates*, *hacceitates*, *potentionabilitudinalitates*, *bujusque generis monstra plurima*. Hanc tamen ob rationem non cum rerum imperitiis purabimus Metaphysicam esse penitus repudiendam & eliminandam, ut potius in illa emendanda & a quisquiliis repurganda egregiam operam indefessoque labores præstare necesse habuerint eruditi incomparabiles Viri BACO DE VERULAMIO, LEIBNITIUS & WOLFFIUS, quorum placita, de Metaphysico argumento, hoc loco enarrare, temporis & paginæ angustia nobis non permittit.

### §. IV:



## §. IV.

**M**etaphysica dum prima principia ubivis ferme obvia suppeditat, dum multas regulas explicat, ac debitis limitationibus circumscribit, ne nimia ipsarum universalitate fallamur, dum varios terminos exponit, quorum usus apud scriptores est frequentissimus, dum genera causarum tradit, quarum noticia cuilibet erudito est maxime necessaria, facile patet, hujus disciplinæ usus per omnia scientiarum genera se longe lateque diffundere. *Ufus Metaphysices*, inquit Cel. WALLERIUS (f), *per omnes disciplinas philosophicas exinde quoque elucescit, quod sine illa in reliquis disciplinis nulla obtineatur certa & solida cognitio. Certitudinem vero & soliditatem in disciplinis esse quarendam nemo facile negabit, largiendum ergo simul est, maxime esse utilitatis, quæ Metaphysica tradit præcepta reliquis philosophiæ partibus. Intelligimus itaque Metaphysica esse tanquam præsidium, munimentum & fulcrum, cui ceteræ disciplina philosophica ruinam vitature innitentur. Hinc etiam veteribus vocata est, Judex, Domina, caput, Princeps reliquarum disciplinarum, non quod de nobilissimo & principe objecto Deo agat. sed quod principis instar dirigat ceteras disciplinas omnes, notiones universalissimas & principia communissima evoluendo proponendo & stabiliendo.*

§. V.

(f) In Syst. Met. p. p. 25. &amp; 26.

## §. V.

**S**ed videor mihi audire vocem eorum, qui obvertunt ipsos Atheos non raro principia Metaphysica adhibere, & in hac potissimum scientia erroribus suis pestilentissimis præsidium quærere; quemadmodum HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA diserte fateatur (*g*), multa Atheorum principia originem debere Metaphysicæ Scholasticæ. Ambabus concedimus, Atheos interdum abuti Metaphysica & tela, quæ in nos vibrent ex ejus pharetra petere, id quod Cel. FRANCISCUS BUDDEUS ingenue faterur (*b*). Ut legitimum inquit Metaphysica usum admittimus; ita abusum eo diligentius evitandum merito censemus, quo is est subinde gravior. Ipsos nempe Atheos non alibi magis, quam in Metaphysica, invenire, quibus impia sua dogmata involvant, vel BENEDICTI DE SPINOZA exemplo constat. Hocce vero testimonio tuo Cel. BUDDEUS luce meridiana clarius ostendit, non genuinum Metaphysicæ usum sed perversum ejus abusum Atheis arma suppeditare. Studium qui Metaphysicum ex hoc capite improbandum esse existiment, dici non potest, quantum eos fugit ratio,

## §. VI.

(*g*) In libro de ventate scientiarum cap. VIII.

(*b*) In Isagoge Historico Theol. p. 260. (C)

§. VI.

**M**etaphysicam Theologiæ præstare utilitatem prorsus insignem, immo habitum Theologiæ pro hodierno ecclesiæ statu vix ac ne vix quidem sine Metaphysicæ adminiculo obtineri posse, magnus Theologus, Doctor FECHTIUS (g), confidenter adserit: *Implicat Theologum esse, inquit, & non esse Metaphysicum.* Inprimis vero Metaphysica cultoribus Theologiæ suam commendat utilitatem, quando inscriptis aliorum explicandis versentur, cumque adversariis cœlestem veritatem impugnantibus, in arenam concendant. Qua, quæso, ratione intelligent libros, usum axiomatum & terminorum Metaphysicorum frequentissime adhibentes, nisi notitia Metaphysicæ sunt imbuti? Quo pacto adversariis obviam ibunt, ex Metaphysica tela petentibus, si rerum Metaphysicarum sint ignari? Metaphysicæ utilitatem ac necessitatem ostendit Ill. Cancellarius PFAFFIUS in oratione II. Hexadis orationum Academicarum, ubi diserte fatetur, se adversus Bœlium, ex pharetra Metaphysica contra religionem nostram, tela depromentem pugnare non potuisse, nisi præceptis Metaphysicorum fuisset imbutus. Certe nolim, inquit Ill. PFAFFIUS l. c. p. 34. *Theologia studiosos Metaphysicam negligere. Opus est, opus est, hæc sacra,*

##

(g) In noctibus Christianis, p. 81.

*ut adjuverint, mysteria Metaphysica, ut degustaverint, linguam Theologorum, linguam adversariorum, cum quibus manus conferere debent, alias haud intellecturi.*

### §. VII.

**S**upervacaneum videri posset, si pluribus ageremus de utilitate, quam Metaphysica cultoribus Theologiae adfert, siquidem illa ipso tacto, quotidiana experientia comprobato satis constat. Gratulamur nobis, si æquis rerum æstimatoribus dicta quomodo sufficiant. Iniquis vero censoribus nec plura sufficere auguramur.



### §. VIII.